

## PROLEGOMENA

„ in Congregationibus de Auxiliis ; opinio  
„ verò Thomistarum sit mera stultitia, & ine-  
„ ptia . Art. 6. Quod prædeterminatio phy-  
„ sica , prout in Thomistarum Scholis expli-  
„ catur , sit prorsus contraria doctrinæ S. Au-  
„ gustini : & quod solutiones dari solitæ , per  
„ sensum compositum , & divisum , atque in-  
„ differentiam judicii , sint meræ cavillatio-  
„ nes , & tricæ , quarum nè minimum quidem  
„ in Sanctis Patribus sit vestigium .

Idem in Epistola anni 1691. 1. Februar.  
„ Nunquid modò verum est , gratiam suffi-  
„ cientem Molinistarum esse errorem , Tho-  
„ mistarum autem esse stultitiam ? Quid sibi  
„ volunt novæ istæ decisiones de gratia suf-  
„ ficiente ( in decreto Alexandri VIII. con-  
„ tra Propositiones 31. ) ?

Idem in Epistola: „ Protestor me alien-  
„ nissimum esse ab opinione , aut , si malis ,  
„ errore adstruente libertatem indifferen-  
„ tiæ .... hanc novitatem induxit Molina ,  
„ & sola Thomistarum ignavia hanc falsita-  
„ tem suscepit . Matthæus Rouvroy Namurci  
in Seminario Episcopali S. Theologiæ pro-  
fessor in dictatis de gratia observat. 5. Qui  
statuant gratiæ efficaciam in prædetermina-  
tione , non rectè sentiunt de differenda absolu-  
tione .

Observat. 7. Aliud est , quod istos Theolo-  
gos (Thomistas recentiores) facit malè judica-  
re de conversione peccatoris , & consequenter  
de dilatione abolitionis , nempe certi modi lo-  
quendi S. Thoma , & Thomistarum veterum :  
quos minus intelligunt , ut sunt hi : MINIMA  
GRATIA , MINIMA CHARITAS sufficit ad ju-  
stificationem .

Ibid. Ex gratia per se sufficienti sequitur  
non recta administratio Sacramenti pænitentiae.

Idem de Fide §. II. Doctrina de gratia  
sufficienti ducit ad laxitatem .

Ludovicus Du Vaucel, alias Walonus ,  
qui , ut Thomistis illuderet , eorum aucupari  
gratiæ videbatur ; at confidentius ad fidum  
suum Achatem Quesnellum scribens an. 1702.  
25. Martii , ait : „ Non minus cerè ego ,  
„ quā ille , irascor contra Baccalaureos ,  
„ ( idest juxta detestam clavim , Dominicana-  
„ nos ) & indignor : ac partem majorem ap-  
„ probo corum , quæ de hac re scribit . Nihil  
„ intolerabilius mihi videtur , quā fasci-  
„ natio , quā supponunt existere sectam quan-  
„ dam Jansenistarum , & Scholæ suæ interef-  
„ se , ut id supponatur , ut ab ea se discernant  
„ .... ut verum fatear , existimo expedire ,  
„ ut non imprimatur ista responsio Patris del  
„ Becque ad Schema ; etiamsi passus sit re-  
„ scindi digressionem de morte Christi pro  
„ omnibus , in qua multa valde misera oc-

„ currebant , & falsis principiis nixa . Et eò  
„ quidem hæc omnia , ut à prætenso Jansen-  
„ ismo remotiores sint quoad propositio-  
„ nem 5. seque accommodent locutionibus  
„ Molinistarum , quod sanè perniciosissimum  
„ est , & vero Scholæ Thomisticæ bono con-  
„ trarium .

Idem in Epist. anni 1698. 22. Feb. ad  
Quesnellum „ Legi quintam , & sextam Epi-  
„ stolam P. (Natalis) Alexandri : in sextâ  
„ occurunt multa , qua nihil valent : sup-  
„ ponit sectam Jansenisticam , & venenum ha-  
„ reos in dies diffundi : numerat inter Baji ,  
„ & Jansenii hæreses , quod omnia opera In-  
„ fidelium sint peccata , & quod status natu-  
„ ræ puræ sit impossibilis . Malè loquitur de  
„ ignorantia invincibili , & de defectu gra-  
„ tie in justis peccantibus . Reos agit pecca-  
„ ti mortalis qui recusant subscribere for-  
„ mulari subscriptione purâ , & simplici abs-  
„ que juris & facti distinctione . Sunt hæc  
„ valde misera . Si alia non habeat quæ ad  
„ nos mittat scripta , existimo posse ipsi signi-  
„ ficari , nos flocci facere literarum ejus  
„ commercium .

Eundem Patrem Natalem Alexandrum  
reprehendit Theodorus de Viaixnes scribens  
ad Brigodium Quesnelli socium domesticum :  
Quod , inquit , scribit de Rosariis , de tertio Or-  
„ dine S. Dominici stabilito in Chinis &c. mibi  
„ prorsus non placet . Cum de Rosariis sermo est ,  
„ recurrit Petrus de Ligny in professione Fidei  
„ ad Episcopum N.N. Declaro , inquit , coram  
„ Dœ .... Art. 12. quod inter devotiones illas  
„ populares ( quas art. 11. vocaverat devotionis  
„ figura ludicra , & cultum Semi-judaicum ) nu-  
„ merari possint Scapulare , Rosarium , Zona , &  
„ alia Confraternitates , quodque præstaret obse-  
„ quium Ecclesiæ , qui aboleret devotiones illas  
„ phantasticas , quæ plus nimici habent , quam  
„ vera pietatis .

Liber Belgicus Defensa libertas simpli-  
„ cium , sat noti Authoris est . Is Dominicanos  
pag. 133. ironiâ hac sarcasticâ ridet , Quid  
„ miri filias devotæ Dominicanorum tam fervi-  
„ das esse pro Rosario ? Rosariolis juvantur gladiis ,  
„ convertuntur regna , Regiones intercipiuntur .

Joannes Van Heumen Missionarius è  
Clero Amstelodami in Epistola typis edita ad  
Patrem Ægidium Glabais ordinis minorum ;  
pag. 8. Quando executioni plenè mandabuntur  
edicta ordinum Hollandiæ (contra Regulares )  
nonne Ecclesia Belgica brevi illuc mutabit fa-  
„ ciem ? Tunc Religio non amplius alligabitur Sca-  
„ pularibus , Rosariis , Funiculis , seu Zonis , sed  
VERBO DEI .

Ita in his , & cæteris novitatibus profe-  
cerunt Missionarii illi , ex quo Arnaldus , &  
Ques-